



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 15. Connestabilis a Regis & Burgundi Deputatis ad mortem damnatus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

rent; Hos inter & Burgundiæ Ducem Sæcul. XV.
 communi consensu decretum est collo- A.C. 1473.
 quium, quod in Bovintaciana urbe haud
 procul a Namurco dissita haberetur. In
 hoc congressu Connestabilis vita in dis-
 crimen adducebatur, eoquod sententiam
 in eum ferendi facultas data esset qua-
 tuor arbitris, Curtonio, & Joanni He-
 bergæ, postea Ebroicensi Episcopo, nec-
 non Hugoneto Cancellario, atque Imber-
 curtio, quorum primi duo natione Gal-
 li, ceteri vero Flandri erant, omnes qua-
 tuor Regi, Ducique addictissimi.

§. XV.

*Connestabilis a Regis & Burgundi
 Deputatis ad mortem damnatus.*

Hi quatuor mox in eandem abiire sen-
 tentiam, ac communi suffragio pro-
 nuntiarunt, quod Connestabilis non mo-
 do in Francia, sed & in Belgio tanquam
 Regiæ Majestatis reus esset publicandus,
 necnon juncto Regis ac Burgundiæ Du-
 cis auxilio comprehendendus; proin-
 quisunque eorum prior Connestabilem
 capturus esset, in eum iudicii acta instrui
 curaret, illumque octavo post captivita-
 tem die mortis supplicio afficeret; Dux
 vero Burgundiæ pinguiorem spoliis partem
 sibi vendicaret, nimirum, S. Quintini op-
 pidum, Hamonam, & Bohemium urbes,

G g 4 necnon

Sæcul. XV. necnon totam auri & argenti vim, præ-
A.C. 1473. ter gemmarum thesaurum, omnemque
 suppellectilem, quæ in præfatis civitati-
 bus reperitur; insuper omnia hujus rei
 bona in Belgio sita proscribantur, ac Bur-
 gundo cedantur. Connestabilis comper-
 ta hac sententia in eum lata Regiæ suæ
 Majestati exponi fecit, vitæ ipsius infi-
 dias ab hisce iudicibus strui, ac Burgun-
 diæ Ducem in ejus ruinam ideo hæc ex-
 tremam molitum esse, ut, addidit Con-
 nestabilis, cum me auro corrumpere non
 potuerit, jam me desperationis neces-
 sitate compulsus a Regiæ Majestatis
 suæ obsequio avelleret; quippe eodem
 tempore, quo Burgundus cum Francia
 concordiam sancire simulabat, clam me
 sollicitavit, spondiditque, quod adver-
 sus Regem meas partes tueri vellet, dum-
 modo ejus potestati oppidum Sancti
 Quintini traderem. Cum ergo Rex præ-
 fatæ urbis dominium amittere merito
 pertimesceret, persuasissimum sibi habebat,
 omnia ejus consilia, quæ adversus Con-
 nestabilem moliebatur, ab ipso Duce suis-
 se prodita, eo fine, ut eundem eo certius
 ad suas partes pertraheret.

§. XVI.

*Mandata Deputatis data a Rege
 revocata.*

Rex intellecta Connestabilis relatione,
 matu-